

hinc porro a $\overline{\text{CL}}$ ad $\overline{\text{CC}}$ et quidquid supra susum versum | (34) erit, infimi gladiatoris pretium sit $\overline{\text{VI}}$, super eum $\overline{\text{VII}}$, terti retro $\overline{\text{VIII}}$, quarti $\overline{\text{XII}}$ adusque $\overline{\text{XV}}$. Et haec sit summo ac formonso³⁰ gladiatoris defi|-(35) nita quantitas. Utique in omnibus muneribus, quae generatim distincta sunt³¹, lanista dimidiam copiam universi numeri promisque (*sic*) multitu|-(36) dinis³² praebat exque his, qui gregari³³ appellantur, qui meliori acertatis³⁴ erit, duobus milibus sub signo³⁵ pugnet, nec quisquam ex eo numero | (37) mille nummum minore³⁶. Lanistas etiam promovendos vili³⁷ studio questus (*sic*) negem³⁸ sibi copiam dimidiae partis praebendas³⁹ esse ex nu|-(38) mero gregariorum, uti sciant inpositam sibi necessitatem de ceteris, quos meliores opinabuntur, transferre tantisper plendi⁴⁰ nu|-(39) meri gregariorum gratia. Itaque is numerus universae familiae aequis partibus in singulos dies dispartiat, atque⁴¹ ullo die minus quam | (40) dimidia pars gregariorum sit ibi, qui eo die dimicabunt⁴². Utque ea opservato⁴³ a lanistis quam diligentissime exigatur iniungendum | (41) his qui provinciae praesidebunt et legatis vel quaestoribus vel legatis legionum vel iis qui ius dicunt c. v.⁴⁴ aut procuratores maximorum | (42) principum, quibus provinciae rector mandaverit; is²⁷ etiam procurator., qui provinciis praesidebunt. Trans Padum autem perque omnes Italiae | (43) regiones arbitrium iniungendum praefectis alimentorum dandis⁴⁵, si aderunt, vel viae curatori, aut si nec is praesens erit, iuridico vel | (44) tum classis praetoriae praefecto. |

(45) Item censeo de exceptis ita opservandum, ut praecipuum mercedis gladiator sibi quisque paciscatur eius pecuniae⁴⁶, quae ob hanc causam excipi|-(46) ebatur, quartam portionem liber, serus⁴⁷ autem quintam accipiat⁴⁸. De pretis autem gladiatorum opservari paulo ante censui secundum praescrip|-(47) tum divinae orationis, sed ut ea pretia ad eas civitates pertineat⁴⁸, in quibus ampliora gladiatorum pretia flagrabant. Quod si quibus civitatibus | (48) res publica tenuior est, non eadem serventur, quae aput fortiores civitates scripta sunt, nec supra modum virium onerent⁴⁹, sed hactenus in eundem, | (49) ut que⁵⁰ in publicis privatisque rationibus repperientur pretia summa ac media ac postrema, siquidem provinciarum eae civitates sunt, ab eo | (50) qui praesidebit provinciae opserventur, ceterarum autem iuridico vel curatori provinciae⁵¹ vel classis praetoriae praefecto vel procuratori | (51) maxumorum principum, uti cuiusque civitatis potestas, que⁵² ibi prima erit. Atque ita rationibus decem retroversum annorum inspectis, exemplis | (52) munerum⁵³ in quaque civitate edito⁵⁴ erunt, consideratis, conserventur⁵⁵ ab eo, cuius arbitrium erit de tribus pretis vel, si melius ei videbitur, | (53) ex eo modo quem persequitur efficit⁵⁶ et trifariam pretia deducantur eaque forma etiam in posterum servetur. Sciantque v. c.⁵⁷, qui procon|-(54) sules paulo ante profecti sunt, intra suum quisque annum it negotium ex-